497* ad castrum Farae in angulo casae rusticae Turchetti prope Santo Pietro.

O · PALMERINILAS
L · CHEDELLIERVTTILICAPPE
REDEBIA^{V}ODIREXXMESSEAF

Descripsit Stevenson et fictam in lapide esse intellexit. Non suppressimus, cum sint qui hanc antiquissimam iudicent.

498* ex urbe in has partes translatos titulos adnotavi hos:

1. ...*isentiae Acteni* cet. cum inscriptione christiana, sed ficticia, in parte altera (Marocco 3, 56) extat Toffiae in ecclesia S. Laurentii allatus eo ex urbe.
2. *Laurentio be|nemerenti in p* Fogliae qui extat in ecclesia quondam S. Petri intus (Sperandio Sab. p. 362) sine dubio eo venit cum lipsanis ex urbe.
3. *d. m. L. Pistori Ephoebi* cet. (Fabretti 717, 380; Sperandio Sab. p. 381) urna parva descripta est saec. XVII Romae apud lapicidam, saec. XVIII Montasolae in ecclesia S. Mariae *delle Murelle*, ubi manibus lavandis inserviebat.
4. *Q. Sallusti Senonis* et
5. *Sallustiae* Ɔ. *l. Chrestae* tituli duo servati Toffiae in domo olim Simoni, iam Gasp. Castellani origine sunt urbani editi suo loco vol. VI n. 8186. 8191.

499* ex transpositis commemoro hos:

1. *P. Ael. P. f. Pal. Tironi salio arcis Albanae* (Orell. 2248) titulum servatum adhuc Praeneste in ecclesia S. Petri Fabrettius 116, 297 errore collocat in castro S. Petri in Sabinis ad flumen Farfarum.
2. *f. i. dicat cineres et ossa Laodiciae Philocaptae* cet. (vol. VI n. 43*) vetustum commentum alias alibi collocatur, a Metello in Sabinis.
3. *dis manibus P. Avidio P. f. Sergia Matrinio* cet. Ligorianus titulus collocatur plerumque ad viam Labicanam (vol. VI n. 1345*), at a Metello cod. Vat. 6038 f. 21 Stimigliani.
4. *D. M. C. Fonteio Spuriano* cet. titulum, quem Smetius ed. 137, 22 accepit a Pighio Morilloniove (inde Grut. 684, 1; auctores Caesenates non noverunt nisi ex Grutero), refert item Ligorius in Sabinensi libro f. 52 et in cod. Taur. 6 auctum (post SPVRIANO ins. FILIO·PIISSIMO·C, in fine add. Q·VIX·ANN /// MENSIBVS·V·DIEB·XVIII) collocatumque 'in Sabinis ad fluvium Farfam' (Sab.) sive Curibus (Taur).

REGIO ITALIAE QVINTA.

LXXV. HADRIA.

500* [= 901*] Hadriae.

tempore pompei strabonis | fuit hadria romanor. colonia | quo tempore uendita fuit | q. egnatio equiti romano

E schedis Rosatii (c. a. 1636) excerpsit Sorrichius et edidit Nov. Flor. 1758, 829.
Occasionem fraudis dedit fragmentum n. 5024.

501* [= 6126] *pro salute imp. Caesaris . . Iovi optimo maximo Doliceno* (vol. V n. 2313) ad Atriam ad Padum potius pertinet quam ad Hadriam.

LXXVI. INTERAMNIA PRAETVTTIORVM.

502* [= 902*] tabula aerea quam ex Interamnia Praetuttiorum Romam attulit Petr. Barbatus cancellarius card. Sermonetae.

tamfanae | sacrum | m. appuleius m. f. uel. paetu|lus decur. interamn | quinquennal. ii sig. d. d

Ligorius Taur. 17 (inde Gud. 55, 11; Orelli 2053).
Unde norit Ligorius veram Interamnitium horum tribum nulla tum eorum inscriptione edita, non liquet.

503* [= 903*] tabula aerea Capudoci in feudo Columnensium in Praetuttianis.

m. caecilio m. l. metellio | capudoco tabulario | caecilia metelliana liberta | tyche marito pilssimo | bene de se merito fecit

Ligorius ms. Taur. (unde mihi non est enotata); inde Gudius ms. 1325, 2, ed. 267, 2.

504* [= 905*] Terami rep. in pavimento navis inferioris ecclesiae cathedralis prope portam maximam.

asilum | iunonis

Cod. Neapolitanus n. 185; Mazochi syll. ms. ab Ioh. Ant. Sergio; e schedis Mutii Muzj et Brunettii Delfico p. 116. Orelli 1312.
Fortasse cum hoc coniunctum est quod Campanus in epistula, cuius meminimus ad n. 5076, inter vestigia antiquitatis servata Terami recenset *monumentum Iunoni Lucinae institutum Alitori* (sic) *pro filia.* IVNONIS Neap. Maz., IVNONI Delf.

505* Teramo.

i. plautilla | foemina incomp... | uixit an. l m. iii | hor. iu

A. S. Mazochi ms. ab Ioh. Ant. Sergio.

LXXVII. ASCVLVM.

506* *in una lamina di bronzo con ornato di edera portata a Roma* LIG.

inuictae et | uictrici sanc | dianae | lucceia memmia | et c. memmius | theorus | seueri aug | struct | u. s. l. m

Ligorius Neap. l. 36 p. 322. Inde Reines. 1, 209 (ex Ligorio Langermannus); Mur. 910, 3 (ex Ligorio). Colucci 14, 111.

507* Asculi.

genio | mercuriali fam | m. ualerius m. f | sabinus | pro sal. ualerI | mercuriali | d. d

Ligorius Neap. l. 36 p. 322. Inde Reines. 1, 303 a Langermanno; ex Reinesio Colucci 14, 114.

508* Asculi.

mauorti | m. uadius m. f. cam | asprenas | fulgiNa | ueteranus | sacrum

Ligorius Neap. 36 p. 322. Inde Mur. 1048, 1; Colucci 14, 113.

509* *di bronzo portata dalla Marca nella casa di M. Colotio* LIG. Asculi REIN.

ueneri caelest | l. antonius l. liber | lamphilus◦ | p. iuuentius p. liber|tus gylippus◦ | t. flauius t. libertus | aristophon $\overline{iii}$ uiri | quinquenn ◦ d ◦ d ◦ | ◦ l. d. d. d◦

Ligorius Neap. l. 36 p. 324. Inde vita Colotii p. 94 (ex ea Fabrett. 751, 583); Reines. 1, 287 ex Langermannianis.

510* sine loci indicatione.

q. crepereio q. f. pal. albo | augur. flamini augustal | IiiiiI viro august. ti. claudI | curatori reip. asculan | patrono eiusd. colon. decu|rionI tribuno leg. uii claud | fidel. praef. fabr. ferrar | tignarior. et dendrophor | colonia aug. fanestr | et praef. colleg. omniu... | quinquenn....

Ligorius Taur. 26.

511* locus non indicatur.

dIs manib | duorum l | c. fanni olympi | p. fanni patrui | et .... uir | domo iguuI | . . . . . .

Ligorius Taur. 9 s. v. Iguvio (inde Gudius 320, 10) addens: *copiato dal rev. Don Andrea dell' ordine Certusino dalle copie di Francisco Ascolano.*

512* Asculi.

deae ancariae in piceno | asculanorum | omnium suauitatum donatrici | maxentius caesarianus | p. p

'Ex Gul. Stucchii Ant. Cin. add. I ad lib. II' Andreantonelli p. 34; eiusmodi inscriptum librum quaesivi frustra, nec repperi titulum in Gul. Stucchii antiquitatibus convivalibus. Ex Andreantonellio per Henriquez Mur. 99, 1, neque aliunde Appianius *vita di S. Emidio* p. 83.
Asculanorum Ancharia nominata apud Tertullianum apolog. 24, ad nat. 2, 8 (secundum libros ms. et editiones antiquas) huic titulo originem dedit. Accedit vicus Ancarano V ab Asculo lapide situs.

513* ab Asculo primo lapide in loco q. d. *delle Castagnete* in vinea Albertiniorum.

p. ualisio p. f. uentori | c. u. corr. picen. subur | xuiro ob praeclara | ipsius merita ordo | asculanor. cum plebe | ad perem..... | ..riam.....

Andreantonelli *ristretto* p. 7. 53 (inde Lazzari apud Olivierium a. 1734; Colucci 14, 133).